



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XVII. Ioan. Trit. Ab. Spanhem. Opt. Patri Et Amico Gerlaco de Breitbach
monasterii Tuitiensis Abbati salutem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

obnoxios, vt omnes fortunæ in
m, neque aduersa mi inculcatis. Ne
uperare vero superbia est. Valcon
ante Concilio s. die mensis Julij An

THEO HERBENO

um ganifus, quod te sacris altibus
aliquando post varias mentis
ficulum dicasti. Hæc est via tuor ad
uod sabiuisti. Dicit enim in Lactio
Ferat Deo suo, nec accedat ad min
rel manu, nō accedat offerre hostias
s, qui terrenis affectionibus inuolu
uit. Cæcus est qui propter ignoran
Spicit doctrinæ celestis, reddatur
instituenti Dei familiam docentis
uxta prophetæ sententiam, interro
angelus dicitur eius, annunciate vo
ui totus ipse in tenebris ignorantie
posse doctum, si studium secularium
desiderio ad sanctorum meditatio
s ingenio, cuius acumine subleuatur
cilime amando comprehendat. Cæ
xiliane spiritus sancti gratia, cuius
robrior turpissimo denotetur. Que
conuersatione ad puritatem lau
rem operum, corā ouibus sit com
: Sacerdotes qui accedunt ad Dominum
cerdotibus præcipit dicit: Mand
te esse ornati sacerdotes Domini
vt bonum q̄ subditis suis eligant
ane doctrina veritatis semper quæ
male, in sacerdote tamen sine bona
um quod prædicando commisit
um fecit. Propterea nemo, licet de
qui peruersè agens nomen de
hunc redarguere nullas præmit
itur, quando vitiosus procerentia
otes mali, magna nobis caute
soneam decidat nostri occasio
eccantem, sed fuge potius exempl
conuersantium: quoniam multu
ngis saluari cum paucis. Multu
Multi quidem in nomine, apoca
per cathedram, quia cathedra non
sanctificat hominem, sed homo ob
ipit ab illa, qui male sedent in
& bene docueris, omnium in de
dex te solum condemnabis. Non
lo recte debeat viuere in illis. Ap
ndis. Si autem bene viuisti & popu
ulum non instituyendo perdis, quo
luaberis? Cum vero male viuisti
condemnare? Quo circa te docere
atenus vtroq; valcas ornate docere.

IOANNIS TRITHEMII

quo & bene doceas populum, & recte viuendo non condemnes. Tres in primis mortales
sacerdotum aduersarios, quibus hodie pereunt multi, continuo certamine indicto relu
ctari quam viriliter cura, quibus deuictis omnem malorum turbam impugnantem facie
le superabis. Sunt autem tria sacerdotum vitia, quibus rapti complures ad inferos prola
buntur, auaritia, superbia atque luxuria, τὴν ἰσχυρὰν καὶ τὴν εἰς. Felix ille sacerdos, qui hoc tem
pore inuictum se ab his demonibus custodierit, & in via sacerdotum publica non ambu
lauerit. Beifelio nostro communi scripsimus amico de his quæ circa nos aguntur, quorum
ne sis ignarus, exemplat tibi literarum, quas ad eum dedimus his introclusum transmitti
mus. Rogamus autem vt nobis translationem nostram mysticæ theologiæ Dionysii cum
10 græco exemplari, quam tibi ante biennium, cum nobiscum esses in Spanheim commo
dauiimus, remittas. Vale, Ex Colonia octauo die Iulij, 1505.

XV.

IOAN. TRIT. ABBAS SPANH. IOANNI

Capellerio mathematico S.

SEXTA die mensis huius veni ad Coloniam cum Serenissimo principe Ioachim Mar
chione Brandeburgensium, quod te latere diutius non volui, eo quod veteris amicitie
iura semper inuolata custodieris. Rogamus ergo vt quamprimum ad nos venias. Musis
20 comitatus & lyra, quoniam & locus nobis est oportunus, & tempus ad philosophandum
nostrumque institutum prosequendum satis admodum copiosum. Non operiaris sexti
lem Saturni melancholizantis, qui eo die quo nos Agrippinam intrauimus non satis fau
ste præterit, sinistri pedis nobis tumore inflato. Quam diu simus hic mansuri, nobis in
certum est, propterea moras deprimeret, & veni quantotius, quia multus ad te nobis ser
mo se ingerit proferendus. Vale. Colonia ex hospicio nostro quod est in platea quam po
toplateam * vocant, quoniam vere potatoribus abundat. Marchionis ad valuas insignia * Potasti
considerans minime aberrabis. Octaua die mensis Iulij, Anno Christianorum, M.D.V.

XVI.

IOAN. TRIT. AB. SPANHEMENSIS, IACOBO KTMOLANO

Carmelitarum ordinis amico, S.

CVM ante paucos dies Coloniam nauigio venissem, audini te istic in tui ordinis esse
conuentu, de quo subdubitanem me certiore hodie reddidit Iacobus noster de
Maseck medicinæ Doctor, à nobis ad prandium inuitatus. Mox epulis de mensa remotis
calamum postulauit & chartam, tibi que literas scripsi quas mitto, non valens differre vlte
rius tui desiderium. Volumus itaque & precamur obnixius, vt crastino mane ad nos ven
40 nias nobiscum pransurus, totumque diem concessurus disputationibus nostris, Aderit
nemo qui nos impediatur: solus sum enim cū familiaribus meis, & vnico Marchionis Bran
deburgensis necessario mathematico, homine sane perquam humano. Nihil te moretur
quin venias. Hospitium huius famuli mei relatione agnosces. Vale. Ex ipsa domo mansio
nis nostræ in Colonia hodie nona die mensis Iulij, Anno Christianorum 1505.

XVII.

IOAN. TRIT. AB. SPANHEM. OPT. PATRI ET AMICO GER

Iaco de Breibach monasterii Tuitiensis Abbati salutem.

QVÆ mihi fortuna, ne dicam hominum peruersa temeritas fabricauerit aduersa, te
penitus latere non potest. In omnem quippe terram fama diuulgata est, Tritemium
abbatem extra suum conuersari cenobium, quanquam non omnibus æque nota sit cau
50 sa, sed multi varios hinc minime veros circumferunt in vulgo rumores. Cum ergo non
procul constituti simus ab inuicem, tu quidem in Tuitio sanctissimo illo cenobio tuo,
ego vero Colonia in hospicio mihi à principe, cuius occasione adueni, disposito, quate
nus te faciã de rebus nostris certiore, ad me crastino venias, pransurus nobiscum de mensa
Serenissimi principis Ioachimi Brandenburgensium Marchionis, cuius munificentiã sumus
copiose prouisi, epulaturus. Ego quidẽ ad te venire duplici occasione prohibeor: altera rati
one memorati principis, cui deesse nō possũ: altera propter sinistri cruris pedisq; inflationẽ,
quæ mihi omnẽ discurrendi facultatẽ interdicit. In descensu meo per Renũ nauigio, quinq;
Pp 4 apud

Tribenn

Opera
Historia

apud Reuerendissimum archiepiscopum Coloniensem Hermannum diebus in Bonna
quieuius, qui suis nos expensis releuauit de hospicio, & munere gratissimo donauit, tui-
que mentionem saepius inter loquendum habuimus, sicuti audies cum ueneris, in opi-
mam detestationem. Quo sim in hospicio, harum tibi nuncijs literarum faciet manife-
stum. Vale pater optime. Ex Colonia 10. die mensis Iulij Anno Christianorum
M.D.V.

XVIII.

IOAN. TRIT. ABBAS SPANHEMENSIS, IACOBO DE MASECK
physico viroque sapienti & amico salutem.

Misisti nobis hesterni uespere munus certe gratissimum, Kyrani uidelicet libros, anti-
quo atque pulcherrimo caractere pergameno inscriptos, quos tota Germania pe-
ne quarentes, nusquam integros reperire potuimus. Gratias tibi habemus ingentes, age-
musque si vnquam nobis licuerit quam maximas, pro hac tua in nos humanitate. Ampli-
us enim tali nos munere honorasti, quam si multam nobis obtulisses pecuniam, propter
ea quod lectio tanti auctoris ad intellectus nostros perfectionem aliquantulum nobis con-
ducere potest, pecunia uero nihil. Pecunia facile consumitur, sapientia uero intellectum
nostrum illuminans nullum patitur detrimentum. Quid enim philosopho Christi Iesu
religionem professio, & ad paradisi diuitias per inopiã tendenti pecuniã huius mundi con-
ducunt, quæ omnium & malorum & scelerum hominibus sunt causa? Cum labore nam-
que pecunia, & animæ periculo nõ paruo acquiritur, acquisita cum timore seruatur, & saepe
cum dolore mentis grauissimo amittitur. Adde quod Satyrus non imprudenter de
hominibus auaris cantauit dicens:

*Interea pleno dum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit,
Et minus hanc optat qui non habet opem.*

Et forsitan contemnimus eo facilius, quo minus habemus, haberemus etiam si non
contemneremus. Quare autem contemnimus? Quia non possumus esse diuiti. Noltra
nim philosophia non partem sed totum hominem requirit. Auaritia uero & immensus a-
mor habendi, adeo sapientiæ contrariantur, ut quem semel possidere particulariter contem-
perint, liberum non sinant amplius, sed totum suã subdant in quietissimã tyrannidi. Mens
in vnoquoque vna, quæ duobus contrariis non potest peruiua esse amoribus, Domino &
saluatore nostro Iesu Christo in sacro testante Euangelio: Οὐδέ τις δύναται δύο κυρία εἶναι θύλακας.
Et in alio loco: Videte, inquit, & caueat ab omni auaritia, quia non in abundantia cuius-
quam uita eius est ex his quæ possidet. Et in Euangelio xij Marcum: Filioli, quam difficile est confi-
dentes in pecunijs in regnum Dei introire. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam di-
uitem intrare in regnum caelorum. Doctissimus etiam præceptor noster Christophilus, cõtra
auaritiã nos uolens esse munitos, dicit: Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam
appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hac fuge: Ni-
hil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre aliquid hinc possumus. Habentes ergo
alimenta, & quibus regamur uerimenta, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt
in interitum & in laqueum diaboli, in multa que desideria inutilia & nociua, quæ mergunt homines
in interitum & perditionem. Qui enim pecuniã seruit, & præsentium compedibus malorum
constringitur, & futuris malis perpetuisq; paratur. Difficile namq; est diuitias habentem
non apponere cor, non amplius cupere, non anxari, non ex opinione in opia acquirendi
cupidineque semper torqueri, & interdum humanæ societatis non violare constantiam.
Phocylidis præcepta philosophis custodienda sunt quibus & menti tranquillitas, & iuri
generis conseruatur communitas.

Pecunia est
omnium
malorum
causa.

Auaritia
Satan quã-
tum nocet
hominibus.
Matth. 6.

Matth. 10.

1. Tim. 6.

Phocylide
præcepta de
fugienda
auaritia.

“ ἀλλ' ὅτι ἔχον ὅν γέγρα πνευμάσι ἐρέζον
“ ὡς οἱ ἐδάκρυθις τῶν γένοισι πᾶσι
“ ἔστω κινδῶ; ἀπα; ὁ βίος καὶ ὁ μέθονα πᾶσι
“ ἢ φιλοχρημοσύνη μὲν τὴν κακότητος ἀσάσης
“ χρεός ἀεί θύλας ἐστὶ ἀργυρος ἀνθρώποισι
“ χρεός ἐ κακῶν ἀρχῆς ἐκείθ' ὁρα πᾶσι χαλῆ πωρ
“ εἰδε σὲ μὴ θνητῶσι θρησκῆ πῆμα ποθῆναι.

10

20

30

40

50

60